Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31626
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

renuunt adorare. conseruos suos incipient ado
rare. Ergo ut prefatus sum tiram terre reddite. clancu
loque recondite. non designantes tumuli locum. Me
mores preterea preceptorum estote diuinorum. et ea uestro in
gutture uelut munda animalia sedule ruminan
da reponite. Nec uos persecutionis atrocitas a Christi
umquam soliditate auellat. auulsosque letaliter diruat.
Poculis habetote. quia et sata patrisfamilias hyemali
tempus decoquuntur bruma. diutino frigore ac niuea
crusta stipantur. ut queant postmodum centuplicata resur
gere. Ob hoc itaque minetur seuus tyrannus ignes. cruces.
ac feroces bestias. infligat excogitata tormenta et uer
bera. omniaque super adiciat suppliciorum genera arte
diabolica adinuenta. nichominus uox a Christi karitate
non preualebit se iungere. si ei semper inherentis amo
ri. illius assidue inhieritis aspectui. Sicque fiet ut dum
uos diuinis intentos excubiis hostilis mucro per
ferit. laniarit. ac peremerit. uigilantium a Christo domino ser
uorum beatitudine sine mora donemini. Huiuscemodi
uero terminatis alloquiis cum eleuatis ad celum oculis.
paululum orationi incubuisset. ultimum ualedicens as
stantibus. superne curie agminibus miles uictoriosissimus.
dux quoque gloriosissimus imperium comilitaturus accessit ad
superos. Postquam sanctitate precipua. castitate firmissima.
sobrietate multimoda. x. fere lustra in ecclesiasticis tantis
egerat antistes officiis. Quod in eo nimium ualdeque miran
dum. et ita in exerciciis animi et uirtutibus abstinentie
palmam seruauit eandem perseuerantie. ut nichominus
in senectutis lassitudine uelut in iuuentutis certarat
fortitudine pari in eo mentis uigor. preter illud quod
illi diutino certamine plus meritorum accreuerat. Ta
lis Castriciani beatissimi initio fidei normula uite.
talis usque ad obitum cursus fuit. Obiit autem quinto die
kalendarum decembrium. sepultusque ad iseplis iuxta condictum
incimiterio quod dicitur romano. ea scilicet uia qua romam
tenditur. haut longe ab arcu triumphali. Quem locum ho
minibus quidem diu incognitum. deo autem oculis notum. pa
lamque postmodum manifestatum his quos dignos summa
sanctitas fecerat apto cognouimus. Reliqua uero miranda uir
tutum illius gesta solius causa compendii transeo. et ad
alia festino. Quamuisquam hic uilior stilus. attamen mag
nus declinare tutius putet. eo quod presentium temporum
nouelli auditores uocalioribus sententiis quasi tynni
entibus cymbalis multo amplius delectentur. sillogis
morum magis consonantium modulis quamque leguntur ut
audierunt. quam rerum gestarum pondere metiantur.
Quamobrem ad ea que in perspectu sunt nauale cursum

dirigamus. quia urbis quam ad nauium exploratum non in
normes propugnaculorum materies et turres illius multi
plices minas. ut circumductas muris fortissimis machi
nas iuritim describendas. sed portarum solummodo introi
tus et egressus breui calamo designandos. cataractasque
fusiles potius adnotandas quam dimetiendas suscepimus.
Age ergo porta que sequatur qualis quantaque sit adtenti
us perpensetur. Incipit prefatio in uitam sancti Sole presbiteri.

In paganorum itaque multorum panagericis dum multos
scenico more uiuentes. ita poeticis figmentis conprim
plectis eorum actibus laudatos. ut stolida mente. et penitus
a lumine fidei ceci. in deos eos transtulissent. quos aliquid
sibimet inusitatum commentante diabolo inuenisse fa
bulose iactabant. cur nos qui christiani sumus signacloque
muniti stigmatis Christi. quo leuato omnia egypti de
lubra cadentibus idolis diruta sunt. taceamus gloriosum belli
geratorum triumphum per fidem Christi in omni uita sua decer
tantium. quoniam actus uitaque eorum tamquam uerissimo regi
militantium. liberiori religione describamus. quos signa per
uirtutem domini non ficta. sed ueraciter facta et presentia. ac post
huius uite discessum subsequentia clarissimos reddunt in
tantum ut nichil dubitemus quin cum Christo sint in paradiso gau
dentes. qui tot ac tanta nomine domini et inuocato mira
fecere presentes. Et dum usque hodie maronis et home
ri inutiles fabule a christianis uiris lectitantur. cur non
magis libet perscrutari dicta ac facta maiorum ad quorum
tumbas sedulo procumbimus. diuinam clementiam imploran
tes. quatenus per intercessionem eorum qui iam sunt in celo cum eo
coronati. nobis qui adhuc in dubio scemate assistimus
auxiliari ad gloriam sui triumphi dignetur. Sed ne nimis
in longum sermo protelletur. adbreuietur huius sermonis ambages.
Et quia magnorum heroum omnium acta pensare dignum
fore me haut censeo honorabilissimi beati Soli sacer
dotis Christi uitam ex parte tangendo. licet super meas
sit uires propalare tamen aggrediar.